



JO. SCHILTERI

Præfatio

ad

PAULI MATH. WEHNERI,

OBSERVAT. PRACT.



Gregiè Carolus Molinæus, insignis IC. Gallus *ad tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 80. Consuet. Parisiensium*, dixit: *Citra notitiam vocabulorum ne literati quidem nomine quisquam dignus est, nedum Iurisperiti.* Nam prima justæ interpretationis regula est, ut ex verbis mens proferentis intelligatur. *Vocis enim ministerio utimur, ait Aelius Tubero l. 7. de supell. leg. cæterùm nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit.* Porrò quum verba sæpe ambiguitatem habeant, ut bene monet Paulus *l. 25. de leg. 3.* eamque non tantum ex communi vel & singulorum usu, sed etiam ex legibus ipsis, aut usu Prudentum, quomodo verba sæpe naturaliter, sæpe civiliter, sæpe propriè sæpe fictè intelligenda veniunt, sicuti quid *perfecta*
etas